211

Thomicius Eppus ViceCancellarius Stanislao Lanckorońśki Capitaneo Camenecensi –

Generose Dño amice Chariss[ime]

Adhibui diligentiam ut iste Thelephus quem Vestra Dominatio huc misit, sit celeriter expeditus et responsum ei ad omnia datum, quæ coram M[aiesta]te Regia protulit –

Hic M[aies]tas sua misdit omnes istas Gentes, versus fines hostis sui, qui nec Pacis, nec Induciarum conditiones aliquas acceptare voluit, quæ per Cæsaream M[aies]tatem fuerunt Illi oblatæ Et ita dum nos, cum Moschis et Cruciferis hic depugnabimus, vos istlic à Tartaris et Valachis ut potestis vos protegatis, qui omnes in perniciem nostram simul sentiunt, quos Dominus Deus non consoletur –

Ago Dominationi Vestræ plurimas gratias pro Gradario quem

nobis misit

Tartarica

quem Nobis misit, et rependam Illum eidem, omni benevolentia, et gratifi-
=catione mutuô in rebus ejus, omnibus.
Quæ valeat fæliciter et me diligat —
Dat. —